Fragmentarium



Tunc locutus es in visione fils tuis: et
dixisti posui adiutorium i potenti: et exal
tavi electum de plebe mea.
Inveni David servum meum: oleo sancto
meo unxi eum.
Manus enim mea auxiliabitur ei: et
brachium meum confortabit eum.
Nichil proficiet inimicus in eo: et filius
iniquitatis non apponet nocere ei.
Et concidam a facie ipius inimicos eius:
et odientes eum in fugam convertam.
Et veritas mea et misericordia mea cum ipso:
et in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Et ponam in mari manum eius: et i
flumina dexteram eius.
Ipse invocavit me pater meus es tu:
deus meus et suscipitor salutis mei.

License: public_domain – Oudenaarde, Stadsarchief Oudenaarde, Handschriften en Zeldzame Drukken, nr. 20-4, fol. [1]v – Psalter (https://fragmentarium.ms/view/page/F-vzd3/8902/67004)